

**Dissertatio medica, de balneo frigido : praesertim momentaneo ... /  
Jacobus Pitt.**

**Contributors**

Pitt, James, active 1784.

**Publication/Creation**

Monspelii : Apud Joannem Martel natu majorem ..., 1784.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/yycrcyc65>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

sur les bains d'eau froide 61869/P  
4530

14

DISSERTATIO

MEDICA,

DE BALNEO FRIGIDO,

PRÆSERTIM MOMENTANEO,

QUAM Deo duce, & auspice Dei-Parâ, in  
Augustissimo Ludovico Medico Monspeliensi,  
tueri conabitur, JACOBUS PITT, è Monte  
Brisonis apud Segusianos, Diœcesis Lug-  
dunensis, pro primâ Apollinari Laureâ con-  
sequendâ, die            mensis Octobris, anni  
1784.



MONSPELII,

Apud JOANNEM MARTEL, NATU MAJOREM, Regis, Occi-  
taniæ Comitiorum, Universitatisque Typographum  
Consuetum.

---

---

M. DCC. LXXXIV,

61869  
C97



ARGUMENTABUNTUR  
N. N. D. D. PROFESSORES REGII.

N. D. JOANNES-FRANCISCUS IMBERT , *Cancellarius & Judex.*

N. D. PAULUS - JOSEPHUS BARTHEZ , *Cancellarius & Judex, Adjunctus.*

N. D. FRANCISCUS DE LAMURE , *Decanus.*

N. D. GASPAR-JOANNES RENE' , *Pro-Decanus.*

N. D. ANTONIUS GOUAN.

N. D. FRANCISCUS BROUSSONET.

N. D. FRANCISCUS VIGAROUS.

N. D. JOANNES SABATIER.

N. D. JOANNES - CAROLUS DE GRIMAUD , N. D. BARTHEZ , *Coadjutor.*

N. D. HENRICUS-LUDOVICUS BRUN, N. D. DE LAMURE , *Decani Coadjutor.*





CLARISSIMO ET SPECTATISSIMO VIRO

ABBATI DE ROSTAING,

VICARIO GENERALI

DIÆCESEOS SEGODUNENSIS APUD RHUTEOS,

J. PITT DE LA BOULAÏE,

SALUTEM DICIT.

CLARISSIME ET SPECTATISSIME,

*NON* hïc humiliter tuis obvolvar pedibus, ut omnis  
Auctor qui dedicat vovet & consecrat. Fastidires enim  
servile obsequium quod titulis tuis, tuorum & avorum  
gloriæ, potiùs quam tuis offerretur & virtutibus & amicitia.  
Neque enim miserandorum Magnatum unus tu es, qui men-  
tem sortiti communem, jam nulli essent per semet-ipsos, si  
natalitium gloria periret, si caderet persona & maneret  
res.

*Sed præclaræ Poëtæ cujusdam Gallici sententiæ memor (\*), per te placere studes ; & si superbientium fastum, meritissimo fastu aliquando dejicis , eos qui nihil superbiunt , tum amænitate , tum urbanitate recreas ; unicè certas eos vincere comitate morum ; illosque , ingeniosus cavillator , festivissimè irrides parvulos potentes , parvulam qui potentiam parvulis in Provinciis exercere gestiunt.*

*Tu mihi Auçtor fuisti , ut , post habitis omnibus nugis ; quibus indefessè in otio occupatur hominum pars maxima , jamdiù humaniores litteras ab optimis quos Gallia habeat magistris edoçtus , etsi maturus ætate , ad scientiarum naturalium fontem quem habeat Europa celeberrimum , accederem ; ut eos , quos à dilectissimâ & meritissimâ conjuge , suscepi liberos , ipse possim instituere.*

*Tibi igitur , ABBAS CLARISSIME , gratia agenda est , & amico nostro communi Philpin de Piépape , Illustrissimo Viro , jam Regi à sanctioribus Consiliis , & mox ad summa provehendo munia , si suis spectatissimis par meritis fortuna accedat , quod , has devectus ad oras , Artis Medicæ Professores eos repererim , quos nescias utrum pluris ob scientiam , utrum pluris ob ingenii acumina , virtutes-ve mentis facias.*

*Horum plurimi suis toti litterarum Reipublicæ innotuere scriptis. Si qui verò minus hæctenùs , eos tamen velis lau-*

---

(\*) Eh ! que fait à ce que nous sommes ,  
Ce que nos peres ont été ?

dare quod potiùs in agendo , docendo , sanandove , quam in scribendo tempus insumpserint ; maluerintque hominum mentibus quam librorum fronte inscribi.


Jam verò illorum omnium ergà studiosos amorem quis dignè laudabit ? Quis curæ diligenti quâcum nos omnes tueantur , protegant , atque defendant , meritas persolvat grates ? Quis hoc nuperrimum paternæ pietatis , ut ità dicam , in , non jam philiatrum , sed filium , exemplum posteris tradet , commemorando hunc suo tutatum esse , ut sic dixerim , corpore , animosum juvenem quem inermem vis armata opprimere conabatur ; illius-ce vero domum unicuique nostrûm , cui quid pertimescendum esset , patuisse ; fuisseque instar Templi quod nulla violare auderet injustitia : ob idque eximium illum virum parentis studiosorum merito cum applausu , nomen & laudem reportasse ; jam verò omnes suâ nos auctoritate ; plurimâque quâ cohonestantur dignitate obtegere ?

Tu , *ABBAS SPECTATISSIME* , qui tuarum incuriosus laudum , cœterorum beneficia prædicari mavis , & expetis summo-perè , bono accipies animo , quod illis viris doctissimis & præstantissimis debitum hoc laudum tributum persolverim ; tibi istud amoris , reverentiæ , & grati in perpetuum animi tenuissimum pignus pignerando.


Monspeliï , pridie idus Octobris , anno 1784.

**T**HIS is the purest exercise of health,  
The Kind refresher of the summer heats;  
Nor when cold winter Keens the brightning flood  
Would j weak-shivering linger on the brink.  
Thus life redoubles. - - - Hence the limbs  
Knit into force; and the same *Roman* arm,  
That rose victorious o'er the conquer'd earth,  
First learn'd, while tender, to subdue the wave.  
Even from the body's purity, the mind  
Receives a secret sympathetic aid.

*TOMSON'S SEASONS, Summer. v. 1257.*



DISSERTATIO  
 MEDICA,  
 DE BALNEO FRIGIDO  
 PRÆSERTIM MOMENTANEO.



TA comparatum est humanum corpus ut nihil ferè sit in eo quod indefessæ investigationi, methodoque analyticæ sit impervium. Jam illis ducibus partes illius omnes, vires partium conjunctim, separatim-ve agentium, motus que qui exindè oriuntur, innotuere. Omnium ferè partium scimus quarumdam rerum ope, quæ sibi ad eas occultis semitis viam faciant, figuram, motum, aut situm immutari posse. Atque hinc Medicinæ potestas, siquidem artis hujus auxilio, admiranda illà varias inter ejus vires æquabilitas potest servari, aut, si alteretur, corporis statum mutare, atque ità motus inordinatos componere possumus.

Illæ vero res nihil aliud sunt quam alimenta, medicamentaque omnigena, quæ per se inertia, tunc demum valent si introducantur, immutentur, impellantur ab iisdem viribus quarum summa naturæ vocabulo significatur: quo in sensu dixit *Hippocrates* à naturâ morbos sanari. Reipsâ enim id omne quod ad sanitatem aut servandam, aut restituendam valet, ab illâ tantum potest valere.

Constat ergo remedia ad servandam , recuperandam-ve sanitatem esse necessaria , verum experientiâ quoque compertum est substantias copiosiores , jucundioresque , easdem esse & saluberrimas.

Cuncta inter medicamenta aqua facilè principem locum obtinet (a). Copia quâcum diffunditur in superficiem terræ ; usus ejus ità necessarius ut , si tolleretur , nec vita , nec respiratio , nec vegetatio esse posset , illi debent asservare elemento gradum quem ei attribuit *Pindarus* (b). A remotioribus sæculis in acutis & ardentibus adhibetur febribus , hodièque præsertim viget Heracliti *Tarentini* methodus , qui , ut sensim vitiatos humores immutaret , nihil nisi aquæ simplicis usum internum & frequentem præscribebat.

Nec tantum quum fluidis nostris usu interno admiscetur aqua servandæ , restituendæ ve sanitati plurimum prodest , sed & quum admota corporis superficiem per venarum absorbentium extremitates immediatè penetrat magnum usque in torrentem circulationis. Rectè igitur *Alexander Trallianus* : » Si quis diversos . . . lavandi modos noverit , is , meo » judicio , etiam omnem intemperiem mutare in contrarium poterit (1).

In recensendo cunctos modos quibus corpori nostro potest ad moveri infiniti essemus. In genere lavationem aut balneum vocant , cujus species triplex , scilicet totius corporis lavatio , femi-cupium , & pediluvium. Triplex etiam distinctio variâ ejus ex temperie nascitur , ita ut lavatio calida , tepida , aut frigida sit. Hic verò de balneo tantum differimus frigido , deque illo præsertim quod in subitâ , momentaneâque totius corporis immersione consistit , balneumque frigidum momentaneum censemus vocandum. Illud recens , & ab Anglis præcipuè repetendum. Sed balneum frigidum in genere à remotissimis temporibus tum communi hominum usu , tum Medicorum praxi comprobatum fuisse reperimus.

Veterum populorum annalibus , celeberrimorumque relationibus viatorum constat , omnes ferè populos balneis frigidis usos esse , & sibi multum innatandis , tranandisque fluviis complacuisse : illudque non meditationi tribuendum , sed naturæ , voluptatis doloris-ve voce , id , quo indigeat , imperiosius efflagitanti. Omnium ferè rerum egentes primi mortales in silvis vitam degebant , secundum flumina. Quis nescit & hodiernarum nationum quæ , quia & nostris artibus , nostris

(1) *Principes Artis Med.* T. 7 , p. 165.

& vitiiis carent barbaræ nuncupantur , eundem esse situm propè aquarum fluenta , eundem & balneorum frigidorum amorem ?

Non leges , non religio , non urbanitas hunc abolvere morem. Legimus apud *Homerum* in *Iliade* , *Ulissem* , *Diomedemque* è nocturnâ reduces expeditione quâdam , se sub auroræ ortu in mare immerfisse , reficiendi membra & frigus amabile captandi desiderio. In *Odyffeâ* *Nausicaam* & famulas se se lavantes videmus sub autumnî , vel etiam sub ipsius-met hyemis tempore. *Virgilius Catonis* sanè , *Varronisve* auctoritate fretus , asseverat primis *Italiae* incolis , in aquis fluvialibus & etiam in nive corpora infantum durare solitum (c). Qui usus & apud *Spartanos* , & *Germanos* , & *Celtas* invaluerat olim , in valetque adhuc apud *Russiae* , plurimasque tum *Asiae* , tum *Americae* gentes.

Ex ruinis balneorum Romanorum , atque ex descriptionibus quæ passim leguntur , patet cunctis suum fuisse frigidum lavacrum , in quo per spatium innare licebat (d). Auctor est *Plinius* jam sub *Augusto* viguisse usum corpora frigidâ perfundendi in calidâ lavata. *Horatius Flaccus* ex *Antonii Musæ* prescripto gelidâ perluebatur undâ per medium frigus (2). *Seneca* se se per hyemem in *Euripo* , in *Tiberi* , in *Mare* immerfisse legimus (3). Quem sub *Augustum* , quem sub *Neronem* , eundem sub *Domitiani* temporibus reperimus usum (e). Apud *Macedonios* itâ se in frigidis perluendi mos inoleverat , ut quum *Ducem* quemdam arcere vellet *Philippus* , insimulavit illum nimiae mollitiei , ex eo quod balneis præparatis , nunquam frigidis & simplicibus uteretur.

Quem voluptas & sanitatis cura repererant morem , religio consecravit. Testantur historici perpauca fuisse nationes quibus hæc non fuerit opinio à teneris ingesta : illum multum diis placere qui suum corpus aut lavasset aut perfudisset aquâ frigidâ ; inde illæ quæ celebrantur *Ægyptiacæ* lustrationes , & numero propemodum infinitæ superstitiones tum *Græcorum* , tum *Romanorum* , tum *Barbarorum*. Videre est apud *Theophrastem* pium quemdam virum qui quoties in viâ reperiat fontem caput , assiduè & piissimè lavat.

Hujus-ce tam frequentis usus *Medici* antiqui effectus observavere , & salubrem adscivere sibi methodum ; primique omnium *Ægyptii*

(2) *Horat. Fl. , Ep. L. 1 , Ep. 15 , v. 3.*

(3) *A. Senecæ , Ep. 53 , & Ep. 83.*

divinæ artis parentes, ut è factò licet conijcere sequenti. Quum Euripides, Platone socio, Ægyptum peragraret, à morbo gravissimo correptus, in mare aliquoties lavatus confestim convaluit.

*Hippocrates*, observationibus Ægyptiorum ditatus, frigidorum balneorum praxim adoptavit, & etiam per hyemem suadet, tepidorum verò per æstatem (4). Illo uno remedio *Antonius Musa* Augustum è Cantabriâ redeuntem morbo gravissimo liberavit (f). *Alexander Trallianus* in comitali morbo (5); *A. C. Celsus* in tristitiâ (6); in calido dolore (7). *Charmis* (g) qui paulo ante Plinii tempora artis medicæ scepra tenebat Romæ, balnea frigida suadebat ut salubria, à calidis ut periculosis deterrere conabatur. Jam verò omnibus novum Agathinum balnea frigida multum fecisse, & ex *Oribasii* collectaneis, hujus Auctoris opinionem inferiùs referemus.

Postquam autem corruerit Imperium Romanum, corruerint & artes, balneorum tum frigidorum, tum calidorum cura penè corruit. Tamen *Avicennæ* scholæ Arabum principi frigidorum virtutes non penitus ignotas fuisse ex sequentibus apparebit.

Inventio linteorum indusiorum jam neglecta balnea, magno quidem detrimento penitus abolevit. Medicina diù apud Persas & Arabes exulans, demum nostram in Europam redux, se se funesto quodam conjugio Astrologiæ junxit; & dum sydera rimatur, medelam morborum ab astris expectans, vera sanitatis præsidia penè oblita est. Sed jam jam sub illis ferè temporibus balneorum negligentiam increpavit *Michael de Montaigne*; & *Torquatus Tassò* lavandos censuit pueros in frigidis, ne delicatè nimis educarentur (h).

Illis verò Auctoribus multum tunc creditum fuisse non apparet. His tantum nuperrimis in temporibus, ad saluberrimam hanc methodum Medici nos Angli reduxere; & quum hætenùs balnea frigida fuerint longiùs producta, ex illâque longiori in aquis commoratione pericula quædam possent exoriri, intrâ breviores illa restrinxere fines. Potiorem hanc edixere se se in frigidis lavandi rationem, ut se mox deambulatione, aliove moderati exercitii genere simili concitet, quo

(4) *De sanorum victûs ratione*. Principes Art. Med. T. 4. pag. 66 & 67.

(5) *Ibid.* Tom. 6, p. 62.

(6) *Ibid.* Tom. 9, p. 165.

(7) *Ibid.* Tom. 8, p. 250.

circulatio tantisper augeatur, qui eo uti velit; se se que tunc immit-  
tat pronum in piscinam è quâ subindè exeat vel educatur (8).

Methodus ista se se immergendi, illi potior est secundum quam gra-  
datim in balneum descenditur. Exinde etenim horror quidam posset  
gigni quem *Galenus* observavit; ex eoque funesti exitus essent perti-  
mescendi, si nimius evaderet. Immersio subita verò generalem pro-  
ducendo impressionem, omni locali spasmo occludit viam (10).

Lavationis frigidaë usum in obesitas tutum magis esse quam in ma-  
cilentis *D. Barthez*, multos post alios observavit. Macilenti enim  
nervosi, summâque præditi sensibilitate, frigoris sensu summoperè  
afficiuntur. In obesitas verò pinguedo obstat quominus frigus interius  
penetret; nec prætereà magna est eis sensibilitas insita: quibus rebus  
adversus nocentes impressiones magis armantur.

Plerisque necessarium visum est ut in immersione frigida caput  
præiret, ne scilicet, aliter agendo, congestio humorum fieret in  
capite. Et equidem certum est stricturem spasmodicam à balneo in  
peripheriâ corporis effectam, quæque propiùs longiùs-ve immittit-  
tur, fluida propellere posse ad partem hujus-ce stricture immunem (11).

Methodus illa tamen paulò immutanda in pueris. Spongiâ enim  
tunc utendum humenti est; à facie, ad aures, occiput, collum,  
renes, truncum, brachia, crura, suras, totumque, ut uno dicam  
verbo, corpus, exceptâ fontanellâ, procedendum (12).

Neque eadem etiam est in infirmis quæ in sanis, si *D. Cheyne* (13)  
credas. Ictu enim vehementi nimis, dum se se præcipitant, peri-  
culum est ne infirma conquassentur corpora, & aliquis è minoribus  
canaliculus accelerato repente sanguinis motu disrumpatur. Præstat  
sanè, fune de laqueari pendente manu prehenso, quantocyùs gra-  
dibus ad frigidarii fundum descendere, dein flexis genibus caput pro-  
fundius submergere, idemque post brevissimam moram respirandi

(8) Dissertation sur les bains d'eau simple &c. par *J. P. de Limbourg*, D. M. pag. 58; Histoire de la santé par *Mackensie* pag. 162.

(10) *D. Barthez*, *Mat. Med. Msc.*

(11) *Idem*, *ibid.* vid. *itidem explicationem Physicam virtutum aquæ à D. Noguez*, p. 439 *collektaneorum inferiùs cit.*

(12) *Tiffot*, Av. au Peuple sur sa santé, p. 404.

(13) *Cheyne*, *de infirmorum sanit. tuendâ* p. 138.

causâ exerere; post secundam denique aut tertiam immersionem egressos crasso linteo sicari, frigile distringi, indui.

Tantum abest ut illa lavatio incommodum pariat ullum, ut è contrâ gratus quidam calor ob auctam circulationem per venas serpat, & se ab interioribus producat ad exteriora. Frigus enim quum procedat lentè & gradatim, quum per unum tantum breve temporis momentum sentiat, nullum inducit refrigerationis periculum, similiter ac dum manus, dum vultum gelidâ lavamus, sub jove frigido, dum sævior regnat hyems (14).

Aliquæ tamen cautiones adhibendæ, 1°. Cavendum est ne aqua sit frigida nimis. Vires enim æstimandæ, quæ aliæ aliis. Illa autem melior aquæ temperies, quæ tribus, quatuorve gradibus est aëris temperie minor. 2°. Ne quis nisi longam post quietem, quum jam digestio perfecta, & omnia in corpore composita, præter levem illam quam diximus corporis concitationem, balnea intret censebo. 3°. Plurimi suasere ut illi quibus assueta minus foret frigida lavatio, à mediâ æstate salubrem auspicarentur morem. Agathinus verò refert se multos vidisse qui prospero cum successu à cunctis anni essent auspicati tempestatibus. Si qua verò potior tempestatas, ver esse autumat (15). 4°. Viri jejuni, vel saltem ante prandium laventur (16).

Pueris autem duplex fricandi & lavandi temporis occasio. » Prior » ac commodior cum à matutino somno surrexerint, deinde luserint, ac jam cibum petant; quod si quâ occupatione qui puellum » alit avocetur, modico pane præbito, ludere permittat quantum » velit. Dein quum rursus cibum petierit, tum fricet, lavetque (17).

Infirmis autem ista cavenda. » In paroxysmis morbi diurni, » arteriâ celeritè pulsante, ventriculo crudis cibi reliquiis, aut quâ » vis impurâ colluvie onusto, & capite dolente, omninò frigidario » abstinendum est. Nec si pulmonem, ventriculum, aliudve, singulare » viscus morbus privatim occupaverit, frigidarium proderit: imò infirmum membrum, reliqua immersione confirmata validiùs prement opprimentque. Curandum insuper hyeme frigidarium egressi, » statim atque vestimenta induerint, corporis exercitationi se dedant.

(14) Dissertation sur les bains par M. de Limbourg, D. M. p. 59.

(15) Oribasii, *collect.* l. 10, c. 7.

(16) Tissot, *loco cit.* p. 407.

(17) Galenus, *de sanit. tuendâ.* L. 1. Epitome, col. 434.

» Ante ingressum verò semper caput aquâ perfundant, saltem hu-  
» menti spongiâ lavent (18) «.

Effectus qui exindè oriantur jam investigare locus. Illos non imita-  
turi qui è theoriis ad facta descendunt, ab incognitis scilicet ad cog-  
nita procedentes, nos observationes, omni theoriâ abstractâ, expone-  
mus; deindè à factis ascendemus ad theorias: ità tamen ut eas  
historicorum ritu, nulli adhærentes, referamus. Se se enim mutuò  
delent; illudque systema quod modo maximo cum favore vigeat,  
sceptra tenens, nunc eodem cum furore systematico infectatur, quo-  
cum sectabatur nuperrimè. Observationes verò quæ factis constanti-  
bus fulciuntur, in perpetuum manent, novasque vires in dies acqui-  
runt novis confirmatæ factis. Nunquam enim fallente innituntur na-  
turâ. Hunc verò ordinem sequemur, ut consideratis balneorum frigi-  
dorum tum in confirmandâ sanitate, tum in infirmâ tutandâ vale-  
tudine virtutibus, quos adversus morbos debellandos valeant, ex  
opinionem celeberrimorum in arte virorum dicamus.

I. Circà usum lavandorum infantum omnes ferè Auctores consen-  
tiunt (i). Nec mirum, ipsa quum suadeat natura. Lavatio enim sol-  
vit, deterget, abluit acria cuti adhærentia; & quæ eruptiones,  
inflammationemve possent afferre; quod ob acritatem urinæ infanti-  
bus, puerisque sæpissimè evenit, nisi assiduè laventur, mundentur,  
siccentur. Dùm fordes abluuntur, tollitur sæpissimè clamorum &  
lacrymarum causa, ut testatur *Galenus*. Equidem fatendum est hunc  
Auctorem à frigidâ lavatione maximè abhorrere. Scribit enim se nec  
Germanis, nec hominibus id genus aliis agrestibus, sua documenta  
prodire, non magis quam apris & ursis. » Nam quis obsecro nos-  
» trum tulerit, modò editum in lucem infantulum, atque ab utero  
» calentem, ad flumen deferri, ibique, seu candens ferrum, in fri-  
» gidum humorem submergi, ut & roboretur corpus & periculum  
» de vigore illius sumatur (19) «. Lavationi autem frigidæ quam  
agrestem vocat, agrestem barbaramque magis subdit, quum præf-  
cribit ut recens natus inspergatur sale per totum corpus quo cutis  
densior solidiorque reddatur (20). Prætereà *Galenus* à nostrâ methodo  
non tam alienus fuisset, quum gradatim procedat, nec citò natum ab

(18) Cheyne, loco cit. p. 137.

(19) Gal. de sanit. tuendâ. L. I. Ep. col. 434.

(20) Ibid. col. 432.

utero ad flumen deferat, sed pedetentim illum ducat ab aquis tepidis ad lotiones frigidas.

Istum verò usum felix experientia promovit. Reipsà illa lavatio dùm densat solida & facilem efficit perspirationem, præbet alacritatem pueris, calorem, vigoremque simul, quibus rachitis, herniæ, scrofulæ, tussisque arcentur. Illis verò incommodis pueri sunt maximè obnoxii. Circà hæc Cl. *Mackensie* (21) *Locke* (22) *Tiffot* (23), & *Buchan* consentiunt.

II. Pueri qui debiliores sunt illâ magis indigent lavatione. » Vix » credere addit iste, nisi quis sæpè viderit, potest, quam celeriter » istâ methodo corroborentur « (24). Gradum tamen esse debilitatis, ait jam laudatus *Mackensie*, in quo frigida lavatio minimè conveniat, huncque dignoscendi hæc ratio est. Si puer protinùs à balneo frigido calorem, alacritatemque resumit, illi conducere frigidam lavationem certò scias: illi minùs qui pallidus, qui cum horrore, qui torpescuntibus emergat artubus; quique, invitis frictionibus, in illo statu diù pergat

III. Jam verò illa vitæ tempestas non sola est cui balnea frigida profint. Etenim sic corpus densatur, fitque minùs cœli injuriis obnoxium ità ut rheumatibus, fluxionibus, pleuritidi, peripneumoniæ, rheumatismis via occludatur, præsertim si sub ultimis autumnis temporibus frequentetur frigida lavatio. Morbi autem illi omnes ab inopinato violentique frigore ortum habent, causamque proximam norunt subitam transpirationis suppressionem, illosque proindè solos oppugnant qui minùs sunt temporis mutationibus assuefacti; dùm isti nullum, vel saltem leve indè incommodum perpètiantur (25). Has porrò adversùs vitæ pestes armari cuilibet ætati interest. Ipse *Galenus* quem repugnantem maximè usui frigidæ in pueritiâ vidimus, vult ubi corpus est abundè jam auctum, in quarti scilicet septenarii medio, frigidæ quoque assueferi. » Nam, inquit, à frigidâ lavatione & plus appe-

(21) Histoire de la Santé, p. 171.

(22) De l'éduc. ch. 1, p. 8 &c.

(23) Av. au P. p. 403; & *Buchan*, Med. domest. p. 80.

(24) *Tiffot*, loco cit. p. 405.

(25) Les vertus médicinales de l'eau commune ou Recueil des meilleures Pièces écrites sur cette mat. *Dissertation de M. Noguez*, pag. 435.

» tunt & melius concoquunt, ac minus sitiunt, veniuntque ad exer-  
 » citationes postridiè planè meliori habitu: corporis quidem mole parè  
 » ei quæ ante, cæterùm compactâ & musculosiore ac vegetiore:  
 » cute verò duriore ac densiore « (26). His de commodis è  
 balneo frigido natis cum *Galeno* consentit *Agathinus*; sed cen-  
 set corpora iisdem & in senectute juvari. » Ille, inquit, qui sibi velit  
 » vitam hancce fluere sanam firmamque, plurimùm balneis frigi-  
 » dis utatur. Non suppetunt verba quibus eorum commoda possim  
 » exprimere; etiàm in proveciori senectute, si illis maturè assue-  
 » fias corpori robur addent & vigorem. Illis ciborum appetentia acui-  
 » tur: digestionem promovent: sensuum instrumenta vivida vegetaque  
 » servant; toti deniquè œconomiaè animali vim impertiuntur «. (27)  
 Asserit quoque *Clar. Tissot*, se illa multo cum successu viris cujusli-  
 bet ætatis, etiàm septuagenariis præscripsisse (28).

IV. Infirmis autem seu valetudinariis non minùs conducere Auctor est nobis *Georgius Cheyne* in eo tractatu quem de infirmorum sanitate tuendâ, vitæque producendâ edidit (29) ipsum autem audiamus.

» Primò, quantùm liber perspirabilis halitùs egressus ad sanitatem  
 » integram conferat jamdudùm omnibus notum est. Nequè ignotum  
 » esse potest frequenti corporis ablutione meatuum ejus egestionem  
 » dicatorum oscula mundari, pinguesque ex densatis corporis efflu-  
 » viis coactas sordes, exitum illi præcludentes, abstergi.

» Deindè sanguinem indèque genitos humores pleno, libero nec  
 » impedito circuitu per minimos quosque meatus suos ferri referri-  
 » que maximi esse ad sanitatem & longævitatem momenti quis nescit?  
 » At hunc circuitum immersio in frigidam immane quantùm pro-  
 » movet!.. Enim.. vasa exteriora constricta corrugataque sanguinem  
 » pleno alveo versùs cor propellunt, qui deindè (auctis jam hinc  
 » cordis viribus) pari rapiditate recurrens, jamque omnem quam-  
 » cumque arteriolis minimis (quæ præcipuè obturationi obnoxiaè  
 » sunt) hærentem, easque obstruentem lentorem, momento suo  
 » superans eundem protrudit, plenumque & liberum per universi  
 » corporis canales circuitum absolvit.

(26) Gal. *ibid.* l. 3. col. 449.

(27) *Oribasii, Medecin. Collect.* l. 10, c. 7.

(28) *Tissot, loco cit.* p. 407.

(29) *Cheyne, loco cit.* p. 136.

» Tertiò deniquè, infirmis nihil æque nocet, aut exercitationis com-  
 » moda præripit, ac nitrofas humentesque per aërem natantes moleculas  
 » intrà corpora sua recipere, quod frigus suscipere vocant. Cui malo  
 » nihil potentiùs obsistit immersione in frigida. Et ratio enim & ex-  
 » perientia testatur, attenuatis priùs exercitatione humoribus, con-  
 » firmatisque fibris, si ità præparatum corpus frigidæ immergatur,  
 » tam citato cursu circumagi sanguinem ut & noxios quoscumque  
 » jam ingressos, intrà-ve se genitos humores facilè expellat & cum  
 » copiosæ hinc provenienti transpirationis effluxu, tum constrictis fri-  
 » gidæ vi cutis fibris, squamulisque epidermidem constituentibus pur-  
 » gatis compactisque, omnem deinceps ingressuris aditum præcludat «

Nunc ad morbos quibus debellandis utilia balnea deveniendum, quumque ab infantia ad senectutem, à sanitate ad infirmam valetudinem simus progressi, nunc eodem ordine, ab infantilibus, sexualibus, topicisque morbis ad majores & generales progrediemur. Circà unumquemque unâ alterâ-ve observatione, unâ alterâ-ve auctoritate contenti, pluribus in arcessendis non desudabimus. Ad quid enim, in quibus Cl. in scientiâ viros DD. *Macbridium* & *de Lamure* consentientes habemus ad alias confugeremus auctoritates?

V. Infantum morbi proprietatem suam partim à summâ systematis nervosi mobilitate, laxoque universi contextus solidi statu nanciscuntur, patetque hinc necessitas balneorum frigidorum ad mobilitatem solidorum vivorum minuendam, firmitatemque toti contextui conciliandam (30).

Licet id in genere de infantilibus morbis censuerit *Macbridius*, usus tamen præcipuus frigidorum balneorum est in rachitide tum præveniendi, tum debellando. In eo que consentiunt DD. *Browne* (31), *Floyer*, *Cheyne* (32), *Lieutaud* (33), celeberrimus denique *Rosen de Rosenstein*, cujus auctoritas illa præsertim in re valet, quum de morbis infantum universo cum doctorum virorum plausu ex professo scripserit; illiusque ideò verba ad calcem operis attexenda censuimus (k). Insignis hinc quædam objectio refellenda. Balneis frigidis adversus Rachitidem in Angliâ usitatissimis, tristitiam quâ laborant Angli attri-

(30) Macbride, *Introd. Meth. &c. t. 1, p. 362.*

(31) *Tr. des cures faites par les Bains froids, p. 79.*

(32) *De natura fibræ, ejusque laxè sive resolutæ morbis, p. 58.*

(33) *Précis de Med. Prat. t. v. p. 550.*

buit libri de morbis infantum à *Rosenio* compositi interpres meritiſſimus. Sed ſi hunc effectum balnea frigida producerent in Angliâ, ſimilem producerent & in Othayticâ inſulâ, plurimiſque inſulis in aliis à Celeberrimo *Cooch* viſitatis, ubi ea vigere compertum eſt; quod obſervationi non congruit, quum prædictarum incolæ inſularum hilari plurimum mente, & paucis anxietatibus, agitâtâ frui viſi ſint.

VI. Jam verò circâ ſexuales morbos, vix credibile quod *Polyenus* refert, apud Macedonios uſu veniſſe parturientes mulieres in frigidam immergere lavationem. Sed in abortu præcavendo hanc proſpero cumſucceſſu adhibuit Cl. *Whitt*, tum in illo qui ex laxâ nimis fibrâ exoritur, tum imprimis in iſto qui nervoſo in ſyſtemate debilitato cauſam habet. Nullum enim, illi ſi credas auctori, datur remedium ad vim ingerendam toto ſyſtemati nervoſo efficacius. Adverſus furorem uterinum in virginibus, & in maribus ſatyriaſim efficaciffimum ex compendio Medicinæ practicæ Cl. *Lieutaud* colligitur (34). *Cheyne* meminit raram quamdam ſatyriaſis ſpeciem quam tum aliis remediis, tum frequenti in frigidam immerſione ſanavit (35). Quum pollutiones nocturnæ ſæpe fiant ob debilitatem, balnea frigida qui roborativâ pollent virtute, conducunt ad eas prohibendas. Illa itaque *Cal. Aurelianus* illo in caſu, imperat his verbis: » tum facienda conſuetudo frigidi lavacri (36) «. Adverſus verò debilitatem quam tum pollutiones, tum manuſtuprationes inducunt ea præſcribit *Tiffot* (37), idem *Baynard* (38), idem *Lewis* præſcripſere. In tabe autem dorſali plurimæ eſſe efficacitatis cenſet Cl. *Tiffot*, præſertim quum ex immodicâ oriatur venere. Obſervandum tamen aliquando tantam eſſe debilitatem ut æger hoc perferre nequeat remedium

VII. Inter morbos quæ aliquam interturbent actionum ſingularum corporis, Chorea Sti. Viti eſt, in quo jam prælaudatus *Cheyne* ſibi frigidarii alternis diebus uſum ſucceſſiſſe aſſerat (39). Morbos autem inter eos qui ex ſecretionum excretionum-ve interturbatione oriantur in uno, altero-ve lavacrum frigidum utile, 1<sup>o</sup>. In conſtipatione

(34) *Ibid.* p. 250.(35) *Cheyne*, *ibid.* p. 71.(36) *P. A. M. T.* II. p. 394.(37) *Onaniſme*, p. 192.(38) *History of cold. bath.* p. 254, 281.(39) *Cheyne*, *ibid.* p. 76.

urinæque retentione. » Balnea frigida, inquit *Macbridius*, semper » urinæ, sæpe alvinæ excretionis modum augent (40). Idem asserit Cl. hujusce *Lycæi* Decanus (41). Sic D. *Stevenson* hominem senem, sed bonâ præditum constitutione pervicacissimâ constipatione laborantem sanitati restituit (42). Nimiis vero in sudoribus cohibendis mirus frigidæ effectus lavationis. Non alio servatum remedio reperimus à Duce *de la Force* (m) equitem quemdam qui post longam veredo vectiorem, flagrantissimo æstu, asphixiâ laborans, ex equo delapsus erat. In frigidâ lavatus & in lecto compositus, mox convaluit. In simili casu similem effectum obtinuit D. *Gautheron*, Medicus Monspelliensis. Non aliam ob causam quam ut nimiam cohiberent transpirationem, frigidâ perfundebantur Romani post lavationem in calidâ. Quî usus & hodiè reperitur apud Russiæ gentes. Apud illas è calidissimis exeuntes thermis viri non tantum egelidâ, sed & glaciali, aut nive perfunduntur. Mos iste equidem apud plebeios tantum viget. Patriciî autem è thermis in lectum rectâ properant. Inde fluxiones, rheumata pervicacissima, & cathareumata, quæ asthma seu Phthisis excipit. Auctor est Clericus qui glaciale plebis methodum Patriciis suadet, illis ut obviam malis eant (43). Confitendum equidem defatigatis defudatione viris hocce remedium funestum aliquando exitisse. *Alexandro Magno* pulvere ac sudore consperso se se in Cydno frigidissimo flumine abluenti, per diei fervidissimum tempus, in ardentissimâ Ciliçiæ orâ, animum defecisse, ex *Q. Curtii* (44) narratione constat. In eodem flumine vitam amisit *Fridericus Ænobarbus*. Sed peculiari forsân illorum in constitutione heroum, vel in longiore in aquis commoratione, periculi illius & mortis alterius causa posset reperiri, si ab accuratiore, quod nunquam ferè evenit, historicorum narratione circumstantiæ omnes innotescerent (n). Cæterum quæ res etiam-si saluberrima nemini periculosa, aut mortifera fuit? Quæ multum in cohibendâ nimiâ, tum quoque multum in restituendâ parcâ nimis & suppressâ valere balnea frigida asserunt *Cheyne* (45), & *Tiffot* (44).

(40) *Introd. méth. &c.* p. 119.(41) *Mat. Med. de M. de Lamure*, p. 478.(42) *Essais d'Edimbourg*, T. 6, p. 556.(43) *Hist. Nat. de l'homme malade*, T. 3, in-12.(44) *Q. Curtius*, L. m. c. v. p. 28.(45) *Ibid.* p. 136.(49) *Loc. cit.* p. 470.

VIII. In maniacis & melancholicis morbis prosperè cessisse frigidæ usum lavationis, exempla non desunt, quale de maniâ curatâ refert *Michelottus* citatus apud *Scardonam* (47). Aliud refert *D. Blair* in Epistolâ ad Doctorem *Baynard*: in quo sic se res habuit. Æger nudus, vinctus, oculis coactis, in curriculum coniectus ductus est quò multa unda de altissimâ rupe deorsum cadebat; ibi collocatus, tam diu aquæ cadenti objectus remansit quam vires ferre potuerunt. Redux vero, somno obrepenti cessit, per totas viginti novem horas dormivit; & jam mentis compos expergefactus est. Illeque status totum per annum duraverat quum epistola hæc scripta est (48). In Historiâ Academiæ Scientiarum Parisiensis, anni 1734, videmus juvenem dementiâ correptum usu glacialis aquæ interno, & balneis frigidis sanatum. Istud remedium sibi nunquam defecisse asserit *Van-Helmont*. Prætereà ab illâ curatione non alienus est *Celsus* qui in nimiâ tristitiâ ait prodesse aquam super caput infusam, demissumque corpus in aquam & oleum (49).

IX. In defectibus animi aqua frigida quanti sit vulgare. Enormis saxi ictu ab Ajace Hector prostratus exanimis, ad vitam à Sociis, multâ Xanthi superfusus aquâ, revocatur. Non alio modo mulierem syncope asphixiâ-ve laborantem vitæ restituit *Hippocrates*. Nec aliud adhibuisse in paralyti remedium constat. Et in eo cum *Hippocrate* consentiunt *Cælius Aurelianus* (50), *Vander-Heyden*, *Pitcarn*, *Floyer*, *Mead*. Denique Cl. *Van-Swieten* paralyticos subitâ & momentaneâ ne frigus penetret interiùs, immersione lavare suadet (51).

X. In tetano autem, convulsionibus, omnigenisque nervorum morbis, frigidis utebatur medicinæ summus ille parens. Hic tamen observandum, quod jam alibi observavimus, ne in debiliores illud remedium cadat: » Nam, ut opinatur *Galenus*, occurfus frigidæ aut vincit » nativum calorem, aut cogit: ac vincit quidem, si est debilis, colligit » verò si fortis, ipsius perspirationem prohibens, & efluvium retinens

(47) J. F. Scardonæ, *aph. de cogn. & curandis morbis*. L. I, c. v, p. 99.

(48) *V. History of cold Bath.*

(49) *p. A. m. T. 8, p. 165.*

(50) *p. A. m. T. 6, p. 650.*

(51) *Comment. §. 1069.*

» (52). Conjunctas cum ulcere convulsiones excipit *Hippocrates* (53)  
 » quippe, ut addit *Galenus*, frigidum ulceribus mordax dolorem  
 » insuperabilem facit «. De hydrophobiâ verò præcipientem ipsum  
*Celsum* audiamus. » Miserrimum genus morbi : in quo simul æger &  
 » siti & aquæ metu cruciatur, quo oppressis in angusto spes est. Sed  
 » unicum tamen remedium est, nec opinantem in piscinam non ante  
 » ei provisam projicere, & si natandi scientiam non habet, modo  
 » mersum bibere pati, modo attollere ; si habet, interdum depri-  
 » mere, ut invitus quoque aquâ fatietur : sic enim simul & sitis, &  
 » aquæ metus tollitur. Sed aliud periculum excipit, ne infirmum  
 » corpus in aquâ frigidâ vexatum, nervorum distentio absumat. Id ne  
 » incidat, à piscinâ protinus in oleum calidum demittendus est (54) «.  
 Cui ultimo consilio plurimum assentit *Hofmannus* (55). Jam diximus  
 frigidi in comitiali morbo suasisse balnei usum *Alex. Trallianus*.  
 Refert etiam in opere jam citato *D. Brown* factum quod hanc com-  
 probare opinionem videtur. Quum mulier quædam illo laborans morbo  
 in fontem ex improvise cecidisset, nunquam postea illo correpta est (56).

XI. Denique ut tandem ad febres deveniamus in hecticis febribus  
 plurimum valere balnea frigida, auctor est *Galenus*. Licet enim sua-  
 deat febricitanti balneo uti calido priusquam in piscinam intret, ut  
 idem illi accidat, quod in ferro dum tingitur, mox ferè assentit  
 methodo suprâ indicato se ab exercitatione præviâ in aquis immer-  
 gendi. Dicit enim : » Non dissimile quiddam faciunt & qui sine bal-  
 » neo frigidâ utantur, quum scilicet se ab exercitatione in eam saltu  
 » demittunt. Siquidem quod nobis balneum, id præstat illis exerci-  
 » tatio : ut quæ non calfaciat tantum, sed etiam insiti caloris motum  
 » à profundo corpore extrorsum concitet, sic ut & frigidæ impetui  
 » occurrat & quominus viscerum aliquod feriat, adversetur atque pro-  
 » hibeat (57) «.

(52) Gal. in aph. Hip. comment. v. p. 402, edit. in-16. Lug.  
 Rouill. 1554.

(53) Hip. aph. sect. 5. aph. 21.

(54) P. A. M. T. 8, p. 327.

(55) Hofm. Opera. T. 1, p. 101.

(56) Traité des vertus médicinales de l'eau commune par *Smith*,  
 pag. 101.

(57) Gal. de Med. Meth. 10. ep. col. 911.

Clarissimus *Huxham*, post debellatas febres intermittentes pervicacissimas balnea frigida velut tonica & roborantia adhibuit prospero cum successu. Durantibus vero iisdem febribus illud remedium imperandum censet D. *Ebenezer Gilchrist* (58). *Serfanus* refert Avicenam, qui diu Medicinæ principatum obtinuit, febre ardenti laborantem sibi ope fomentorum nivalium sanitatem conciliavisse. Nec tantum febres solvere, sed & iis occurrere posse præsumendum, quum roborent fibras & vim tonicam eis addant majorem. Per æstatem igitur calidis in regionibus balnei frigidi multum juverit matutinus usus, qui dum vires, nimis fractas sudoribus reficiet, temperabit etiam frigore suo sanguinis calorem præ immodico æstu incandescentis, & imminentes avertet morbos.

Nullam de balneis theoriam superstruxerant antiqui, nec de calidis, nec de frigidis. Illis calefaciendi & humectandi virtutem; istis verò refrigerandi, simulque roborandi tribuebant, ut comperitur ex *Galeno* qui in libro de consuetudine dicit: » balnea dulcium aquarum cale- » faciunt nos & humectant, quod calori habeant humorem conjunc- » tum (59) «. Et in libro de methodo medendi X<sup>o</sup>. de partibus balneorum loquens, tertiæ parti, frigidæ scilicet lavationi, tribuit vim refrigerandi & vires firmandi (60). In systematibus theoriisque efformandis parca admodum fuerat vetustas. Sed quum Celeberrimus *Harvey* circa annum 1628, circulationem demonstrando, Dei creantis manum deprehensisse visus est, undique systemata scaturiere. Dum hinc nonnulli omnia ad animam referentes, incuriosi esse videbantur mutationum quæ in motibus animalibus ita contingunt, ut à voluntatis imperio non dependeant; inde alii corpus humanum ad physicas, mechanicas, hydraulicasque revocabant regulas, nullâ habitâ ratione, nec animæ corpus moderantis, illiusque sæpe statum immutantis, nec virium vitalium quibus generalioribus physicæ legibus œconomia animalis subtrahitur. D. *Wainwright* primus actionem balneorum mechanicè explicari conatus est in opere cui titulus: *Mechanica explicatio aëris & dietæ* (61), quod prodiit anno 1708. Abhinc usque hodiernum diem à quo in hoc non secutus sit, facilius diceretur, quam re-

(58) Essais d'Edimbourg, T. 6, p. 134.

(59) Gal. *Epit.* c. 427.

(60) *Idem*, *ibid.* c. 911.

(61) *Mechanical account, of air and diet.*

conferentur innumeri ferè Auctores qui, ejus insistentes vestigiis, mechanicas physicasque balneorum dedere explicationes. Contendunt autem balnea agere nostra in corpora, 1<sup>o</sup>. suâ gravitate, 2<sup>o</sup>. penetrandi facultate suâ; 3<sup>o</sup>. demum suâ temperie. Indè varios balneorum calidorum effectus deducunt. Sic balneis in frigidis aqua pressione suâ molles super corporis partes premens, illas osseam super compaginem impingit, confringit partes sensu vel irritabilitate donatas; unde partium vis augeatur. Suâ autem penetrandi facultate, admissa per cutis orificia relaxat cutem interiorem, jam exteriùs deterfam, unde transpiratio fiat auctior. Frigore tandem suo corporibus nostris frigus conciliatur, densatur corpus & effectus pressionis augentur omnes; à stricturâ autem exteriorum vasorum, & vi solidorum auctâ circulatio fit vehementior. Commotio prætereà à frigoris impressione totâ in cute excitatur; quæ mox nervorum ope ad omnes sensiles progrediens partes vim tonicam & vires omnes auget toto in systemate nervoso, quo internarum partium actio augeatur & fiant externæ corroborationis participes, &c.

Recentiores verò quidam nullam gravitatis rationem habent. Duabus verò cæteris physicis virtutibus alteram assignant, cui abipsis nomen hyperphysicæ inditum est. Huic tertiæ principium vitale excitandi munus. Principium enim vitale interiùs situm, quum sentiat se à frigore exteriùs corpori admoto oppugnari, occurrit, viresque suscitavitales, quæ cientes se in motus caloris generatrices, summam sic augent & virium vitalium & caloris cujusdam centralis in homine quolibet penitus insito. Ex illâ luctâ succedit ut ex calore & frigore à se invicem imminutis, calor quidam exurgat genuinis, motus subigantur noxii & anormales, proindèque ordo totâ restituatur in œconomiâ animali. Porrò ultra refrigerandi & corroborandi virtutes ab antiquis admissas, tertiâ addunt pollere balnea frigida, scilicet virtute antispasmodicâ.

Quælibet harum theoriarum vera sit, neutra ve sit vera, facta, observationesque quibus se se immergendi in frigidis methodus nititur constantia sunt, & ex utrâque parte confessa. Ille igitur usus, ut paucis resumamus, ipsâ suadente repertus est naturâ. Populorum antiquissimorum legibus & politicis & religiosis consecratus fuit. Celeberrimorum Medicorum, tum veterum, tum recentiorum illum, multa praxis confirmavit. Multum valet ad confirmandam sanitatem, multum in plurimos affectus morbosos debellandos. Prætereà is est ut quum illius Poëta Medicus celeberrimus maximum fecerit elogium, quod hic atteximus, non minus medicè quam poëticè loquutum esse dici possit.

» Un usage, ait Cl. D. Geofroi, qui prévalut chez les Anciens,

» & que les Modernes ont entièrement négligé , c'est celui des bains  
 » froids & des frictions seches. Cependant il est incroyable quels avan-  
 » tages ils en retiroient , quel puissant préservatif ce leur étoit contre  
 » nombre de maladies. En effet , le bain habituel ayant la propriété  
 » de désopiler les tuyaux capillaires , & de dégraisser le tissu cellulaire  
 » de la peau , rend la transpiration plus facile , plus abondante , & le  
 » corps plus agile & plus dispos. De plus , sa gravité comprime , &  
 » sa fraîcheur resserre les vaisseaux. Par ce moyen le sang forcé d'ac-  
 » célérer son cours , & de passer en plus grande quantité dans le même  
 » espace de temps , se trouve plus atténué. Enfin , l'eau du bain for-  
 » tifiant l'action des fibres , & s'infiltrant au-travers de la peau , pro-  
 » cure la fonte des concrétions lymphatiques qui se sont formées dans  
 » différents visceres ; c'est ainsi que les bains sont un doux remede  
 » contre la fureur des maladies les plus graves & les plus rebelles ,  
 » & donnent aux tempéramens vigoureux , de nouvelles forces pour  
 » se défendre de la contagion (62) «.

Denique hoc habet singulare illud remedium quod cunctis & ubi-  
 cumque è cœlo demittuntur aquæ , ipsove è matris omnium com-  
 munis sinu fontes scaturiunt , sit parabile ; quodque infensissimos duos  
 quos habuerit Medicina adversarios , celeberrimos scilicet merito viros  
*Michaelem de Montaigne & J. J. Rousseau* , suas habuerit in partes ,  
 proindeque omnium favorem sibi conciliavisse videri possit.

---

( 62 ) L'hygiène ou l'art de conserver sa santé , par M. Geoffroi ,  
 L. IV. p. 160 de la traduction.

## NOTÆ.

(a) *Aqua hæc tènus elementi primarii nomine gaudebat. Jàm jàm verò vix illo in gradu consistit. Hinc enim nuperrimè illam exturbare aggressi sunt Chemicì celeberrimi D. D. Lavoisier, Monge & Cavendish; aquamque ex aëre inflammabili, & ex aëre, ut vocant, dephlogisticato, ingeniosissimis obtinuerè experimentis; ex quibus venis concludendum: » fluidi illius partes constituentes esse aërem inflammabilem, atque aërem dephlogisticatum, si detrahas illam unam » ignis partem per combustionem extricatam, unde fit quod ponitur illorum aërum, ex quibus educitur, vix sit inferior «. Videas in opere diario cui titulus: esprit des Journaux, Avril, 1784, opusculum quod inscribitur: extrait d'un Mémoire lu par M. Lavoisier, à la Séance publique de l'Académie Royale des Sciences de Paris, tenue le 12 Novembre 1783, sur la nature de l'eau, & sur des expériences qui paroissent prouver que cette substance n'est point un élément proprement dit, mais qu'elle est susceptible de décomposition & de récomposition. Nullo detrectandi animo ducti observabimus hanc elementorum compositionem antiquis non penitus ignotam fuisse. Etenim legimus apud Senecam: » quod fiant omnia » ex omnibus: ex aquâ aër, ex aëre aqua, ignis ex aëre, ex igne » aër «. L. A. Senecæ. Nat. quæst. l. 3. t. 2. p. 578 editionis Elzevirianæ «.*

(b) *Nihil esse aquâ excellentius dixit Pindarus, in primâ olympicarum: cui nemo non elogio suffragabit, si ad innumeras illius attenderit dotes quas recensere hic infinitum esset. Si quis illâ de re ampliora desideret L. A. Senecæ, Nat. quæst. lib. 3. Legat, & F. Hoffmanni de aquâ Medicinâ Universali Dissertationem, t. 5. p. 201.*

(c) *Durum à stirpe genus. Natos ad flumina primum Deferimus, sævoque gelu duramus & undis.*

AN. l. 9. v. 603.

*Hunc usum invaluisse apud Germanos constat tum Galeni testimonio in l. 1. de Sanit. tuendâ, col. 434. tum Cæsarìs, qui in l. 6. de Bello-Gallico narrat: » In Germaniâ viros & feminas promiscuè in fluminibus perlui «. p. 38 edit. Elzevir. Similes mores videre est apud selyaticas gentes multarum insularum à Celeberrimo*

Cock

Cooek *reperatarum*, V. les voyages de Cooek. Guilielmus Pen, *in suit ad Doctorem Baynard epistolâ testatur Americæ incolis solitum pueros modo natos in fluminibus lavare.* Hist. of Cold Bath. part. 2. p. 291.

(d) *Descriptionem Balneorum ex Encyclopediâ, Art. Bains, referemus.* » Vitruve a donné une discription fort détaillée de ces bains, » par laquelle il paroît qu'ils étoient composés de sept pieces diffé- » rentes, la plupart détachées les unes des autres, & entremêlées de » quelques pieces destinées aux exercices; ces sept pieces étoient 1°. Le » bain froid, *frigida lavatio*; 2°. *Teleothesium*, c'est-à-dire, la » chambre où l'on se frottoit d'huile; 3°. Le lieu de rafraîchissement, » *frigidarium*; le *propnigeum*, c'est à-dire, l'entrée ou le vestibule » de l'*hypocaustum* ou du poëlle; 5°. L'étuve voûtée pour faire suer, » ou le bain de vapeur, appelé *tepidarium*; 6°. Le bain d'eau chaude, » *calida lavatio*; auxquelles il faudroit joindre l'*apodyterion* ou » *garde-robe*, si toutefois ce n'est pas la même chose que le *tepidarium* «.

(e) *Hoc istis versibus comprobatur quibus V. Martialis Licianum Hispanias proficiscentem alloquitur. l. 1. ep. 50.*

*Tepidi natabis lene Congedi vadum  
Mollesque Nympharum Lacus,  
Quibus remissum corpus adstringes brevè  
Salone, quod ferrum gelat.*

(f) *Insigni calumnia famam Musæ adorsus est Dion Historicus, quum persuadere conatus est à Medico illo Celebrî Juvenem Marcellum necatum esse illo ipsomet remedio quo Augustus sanitati restitutus fuerat. Marcellus reipsâ in aquis non equidem frigidis, sed thermalibus Baiarum periit ut ex ejus coævi Sex. Aurelii Propertii testimonio constat, qui in elegiâ XVI. l. III. moriem illius deflet. — At nunc invisæ magno cum crimine Bajæ. — Quis deus in vestrâ constitit hostis aquâ, &c. — Præterea si quis observaverit Dionem vixisse ducentesimo ab hinc anno ferè clapsò, illumque morosum auctorem meriti cujuslibet pervicacissimum osorem fuisse & detrectatorem non multâ dignum fide ipsum judicabit.*

(g) » *Charmis*, Médecin de Marseille, combattoit non-seulement » la Médecine ancienne, mais encore l'usage des bains chauds, publics, » & tant de siecles auparavant accoustumé, il faisoit baigner les hommes » dans l'eau froide, en hiver même, & plongeoit les malades dans

» l'eau naturelle des ruisseaux «. *Essais de Montaigne, tom. 2. p. 798, édit. de Paris. Journal. 1659. in-12.*

(h) » En général, j'estime le baigner salubre, & crois que  
 » nous encourons non - légers incommodités en notre santé, pour  
 » avoir perdu cette coustume, qui estoit généralement observée au  
 » temps passé, quasi en toutes les Nations, & est encore en plusieurs, de  
 » se laver le corps tous les jours, & ne puis pas imaginer que nous  
 » ne vaillons beaucoup moins de tenir ainsi nos membres encroustés,  
 » & nos pores estoupez de crasse «. *Ibid. p. 808.*

» *Convieni che il Padre proveda, che essi ( i bambini ) non siano*  
 » *troppo mollemente nudriti, e percioche quella prima età abonda*  
 » *di calor naturale, non è inconveniente l'assuefarli à supportare il*  
 » *freddo, conciosia cosa che tanto più restringendosi dentro il calor*  
 » *naturale è facendo quello, ch' antiperistasi è detta da' Filosofi, la*  
 » *compleSSIONe de' fanciulli ne diventa gagliarda, e robusta, & era*  
 » *costume d'alcune antiche Nationi, e de' Celti particolarmente, come*  
 » *leggiamo presso Aristotele, di lavare i bambini nel fiume per indu-*  
 » *rcargli contrà il freddo* «. *Rime & prose del Signor Torq. Tasso,*  
*tom. 2. Vafalini, in Ferrara. Il Padre di Famiglia. p. 59.*

(i) *Cui penè generali omnium auctorum consensui, hujus-ce Pro-*  
*vinciæ repugnat usus. Miramur nos septem trionum viciniore, tan-*  
*tam inesse calidioribus istis in oris, aquæ tum frigidæ, tum calidæ*  
*aversationem. Nascentes infantes nequidem calida lavantur, sed durè*  
*tunc primum linteo purgantur sordibus, nec alius usus totam per*  
*& infantiam & pueritiam, ne dicam vitam, adhibetur. Jam in totâ*  
*Galliâ salubrior invaluit methodus quam post Celleberrimum Doc-*  
*torem Locke suaserat J. J. Rousseau his verbis: » Lavez souvent*  
 » les enfants. Leur malpropreté en montre le besoin; quand on ne  
 » fait que les essuyer, on les déchire: mais à mesure qu'ils se renfor-  
 » cent, diminuez par degrés la tiédeur de l'eau, jusqu'à ce qu'enfin  
 » vous les laviez, été & hiver, à l'eau froide & même glacée. Comme  
 » pour ne pas les exposer, il importe que cette diminution soit lente,  
 » successive & insensible; on peut se servir du Thermomètre de Réau-  
 » mur pour le mesurer exactement. Cet usage du bain une fois établi,  
 » ne doit plus être inrerrompu, & il importe de le garder toute la  
 » vie. Je le considère non-seulement du côté de la propreté & de la  
 » santé actuelle, mais aussi comme une précaution salutaire pour rendre  
 » plus flexible la texture des fibres, & les faire céder sans effort &

» fans rifque aux divers degrés de chaleur & de froid. Pour cela ;  
 » je voudrois qu'en grandiffant , on s'accoutumât à fe baigner quel-  
 » quefois dans des eaux chaudes à tous les degrés fupportables , &  
 » fouverit dans des eaux froides à tous les degrés poffibles. Ainfi ,  
 » après s'être habitué à fupporter les diverfes températures de l'eau ,  
 » qui étant un fluide plus denfe , nous touche par plus de points ,  
 » & nous affecte davantage , on deviendroit prefque infenfible à celles  
 » de l'air «. *Emile ou de l'Education* , Tom. 1 , in-16 , p. 71. *Ferè*  
*idem hoc confilium in libello Eobani Hefli de tuendâ bonâ valetudine*  
*reperias , in capitulo cui titulus : quid agendum bene valentibus :*

*Interdum Thermas , interdum frigida inibis.*

*Balnea fape unges corpora , fape minus. p. 40.*

*Quod ex Celfo defumitur , qui iisdem ferè verbis dixit : » Prodeft*  
*» etiam interdum balneo , interdum aquis frigidis uti , modo ungi ,*  
*» modo id ipfum negligere ». Celfus l. 1. c. 1.*

( k ) » Les Anglois font prendre les bains froids à ces enfans  
 » ( rachitiques ) ou leur font tomber de l'eau froide fur le corps avec  
 » un entonnoir. Nous employons auffi ces deux moyens , quoique plus  
 » rarement. Une fille ufa de ces bains pendant trois étés de fuite  
 » contre cette maladie , & fut entièrement guérie. Il fe fit une cure  
 » des plus notables à nos eaux minérales de Loka , par la douche  
 » à laquelle on expofa un enfant rachitique en 1760 ; il ne pou-  
 » voit ni marcher ni fe foutenir , & en quatre jours il fut affez fain  
 » & affez fort pour fauter , danser ; la froideur du limon contribua  
 » fans-doute beaucoup à cette guérifon. Rien ne rend fi prompte-  
 » ment aux mufcles leur force , que l'eau froide , foit dans les bains ,  
 » foit en douché. Si l'enfant ne pouvoit la foutenir , on lui baffine-  
 » roit le corps avec une éponge imbibée d'eau froide , tous les jours  
 » en allant au lit «. *Traité des maladies des enfans* , p. 469.

( l ) » Il y a quelques années que nous eumes un été extraordinaire-  
 » ment chaud ; ce Seigneur , ( M. le Duc de la Force ) qui étoit pour  
 » lors dans une de fes terres , fe trouvant à l'ombre d'une futaie auprès  
 » d'un ruiſſeau d'eau vive & très-fraiche , apperçut de loin deux hommes  
 » à cheval qui venoient de fon côté par un chemin expofé à la violence  
 » des ardeurs du Soleil ; il y en eut un qui tomba par terre , & qui  
 » mourut fans pouvoir recevoir aucun fecours ; l'autre ayant réfifté  
 » un peu plus de temps , continua fon chemin jufqu'auprès de la  
 » futaie , où à la fin il fuccomba & tomba comme le premier.

» M. le Duc de la Force ordonna sur le champ qu'on le jettât dans  
 » le ruisseau ; en suite il le fit mettre dans un lit bien chaudement ,  
 » sans pourtant trop le charger de couvertures , & lui fit prendre  
 » quelque peu de vin pour éviter les accidents & lui faire revenir les  
 » forces. Le Patient en revint , & après avoir bien reposé durant  
 » la nuit , le lendemain ressuscité pour ainsi dire , il se trouva fort  
 » bien «. *Explication Physique des effets de l'eau* , par M. Noguez ,  
 dans le Recueil qui a pour titre , *les vertus médecinales de l'eau*  
*commune* , &c. p. 437.

(m) *Infinita sunt exempla qua illis duobus exemplis opponi possunt. Romana juventus pulvere conspersa & sudore madida , se se in flumina immergere solita erat , ut Vegetii & complurium auctorum testimonio constat. V. Horatium , Odarum , l. 1. Ode 8. & Vegetium , l. 1. c. 2. p. 18 interpretationis Gallicæ , qua sola hinc nobis suppetit : ubi legere est : » Les anciens Romains , formés à la guerre par  
 » la guerre même , & par des périls continuels , avoient choisi pour  
 » leur champ de Mars , un Lieu voisin du Tybre. La jeunesse portoit  
 » dans ce fleuve la sueur & la poussiere de ses exercices , & se délas-  
 » soit , en nageant , de la fatigue de la course «. *Ipsè ego qui sæpe  
 per hyemem me pronum dedi in flumina frigidissima , sæpe per cali-  
 dissimam aestatem , dum æstualet corpus , idem tentavi experimentum ,  
 nuperrimeque per mensè junium dum ex Avenione profecti , con-  
 terraneus & amicissimus meus de Viry & ego , peteremus Nemausum. Ete-  
 nim dum pedites , pulverulenti sudoreque conspersi ad flumen qui me-  
 ditum iter distinguit sub fervidissimo diei tempore devenimus , ille  
 quidem rectà se in tecto proripit proximo , ego verò flumen des-  
 cendere sum ausus , terque quaterve in aquis immersus vegetior , ala-  
 criorque cæptam perfecì viam.**

(n) » L'eau est un liquide beaucoup plus pesant que l'air ; elle est  
 » par rapport au Mercure , comme 1 à 14 , & par rapport à l'air  
 » comme 32 pieds de hauteur à toute une colonne d'air «. *Explication  
 Physique des effets de l'eau* par M. Noguez , dans le Recueil cité ci-  
 dessus p. 403.

(o) *Id condonabitur nobis si Pœmatis in doctâ Universitatum  
 linguâ elegantissimè conscripti interpretationem tantum Gallicam cita-  
 verimus. Quum enim librorum omnium quotquot sunt in hac urbe  
 diligentissimè pervolverim scrinia , opus genuinum reperire non potis fuit.*